





E 30. num. 22.

EXERCITATIO IVRIDICA
QVAESTIONEM CONTINENS

1771, 59

*Vtrum vidua, quae legatum
testamento relictum petit portionem
statutariam amittat.*

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

17

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

P. 407.

COD. P. P. ECCLES. CATHEDR. MARTISE. CAPITVL. CVRIAE
IN PROVINCIA SVPREMAE IVDIC. LVSAT. INFERIOR.
NEC NON FACVL. IVRID. ASSESS. ET
ACADEM. DECEMV.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XXII. MART. MDCCLXXI.

P V B L I C E D E F E N D E T

IOHANNES AVGVSTVS LOTS

ZWICKAV.

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .



1700

INSTITUTIONE

DE

REPUBLICA

LIBERTATIS

ET

PAZIS

IN

REPUBLICA

LIBERTATIS

ET

PAZIS

IN

REPUBLICA

LIBERTATIS

ET

PAZIS

LIBERTATIS

ET



1700



VIRO PERILLVSTRI
DOMINO
FRIDERICO GVILIELMO
FERBERO

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI DVCIS
ELECTORIS SAXONIAE
IN COLLEGIO VECTIGALIVM CVRANDORVM
METALLORVMQVE CONSILIARIO INTIMO IN
SANCTISSIMA DIAETA AB EPISTOLIS SECRETIS
ECCLESIAE VVRCENENSIS
CANONICO

PATRONO PIE DEVENERANDO

VIRO PETERIVS TRI

DOMINO

FRIDERICO GUILIELMO

F. R. D. E. R. O

SECRETISSIMO AC POTENTISSIMO EVANGELICAE

MAJESTATIS SACCHE

IN COLLEGIUM VESTRARIUM CANTONARIUM

ACADEMIAE VESTRAE CONSILIIUM INFINITUM

ACADEMIAE VESTRAE AC POTENTISSIMO

REGIAE UNIVERSITATIS

ALMAE

PATRONO P. R. DE WILHELMO

f
d
m
g
q
p
p
t
f
f
a
t



VIR PERILLVSTRIS
PATRONE SVMMMA PIETATE COLENDE

Audeo TIBI paruum nec praeclara
TVA doctrina satis dignum libel-
lum inscribere, vt, qui patrocínio
suo me vsque liberaliter tuitus est, quemque
dudum venerabundus suspexi, Illi publice
me totum deuoueam. Noli recusare exi-
guum clientis munusculum. Quanta cum-
que sit TVI nominis veneratio excellenti
parta virtute et tot ac tantis laboribus
pro gloria OPTIMI PRINCIPIS pa-
triaeque felicitate sustentis, nemo me vnquam
fide et pietate erga TE vincet atque ipsa me
semper religio ad nihil non agendum, quod
animo TVO placere, quod tanto me Pa-
trono digniorem reddere possit, impellet.
Hos

Hos TIBI sensus volui hac epistola aperire, hanc fidem publice affirmare. Nam de laudibus TVIS ad TE scribere non sustineo, quas virtus in excelsso loco conspicua inprimis a iuuenibus dictas, qui eam suspicere imitarique, non de meritis magnorum virorum iudicare ac decernere debebant, fastidit. Ego vero, vt serissime rebus humanis super sis, vtque omni bonorum copia florentissimus patriae felicitatem virtute et consiliis diutissime augeas, Deum immortalem ita precor atque obtestor, vti me TVAE tutelae perpetuo commendatissimum esse cupio.

SPLENDIDISSIMO TVO NOMINI

Lipsiae

d. XXII. Mart.


MDCCLXXI.

Aeuorus

IOHANNES AVGVSTVS LOTS.



§. I

 Incognitam iure antiquissimo fuisse successio-
nem vniuersalem coniugum, nemo facile
in dubium vocabit, deficientibus etenim
cognatis hereditas tanquam bonum caducum cedebat
fisco. Eam ob causam vt excluderetur fiscus a iure
occupandi bona defuncti, Praetor iuris rigidioris cor-
rector, quicquid enim Praetor introducebat, lege 7.
§. 2. ff. d. I. et I. adiuuandi vel supplendi, vel corri-
gendi iuris ciuilis gratia propter vtilitatem publicam
fiebat, coniugi superstiti succurrebat, eamque ad suc-
cessionem mediante edicto vnde vir et vxor, si matri-
monium vsque ad tempus mortis durauerat, admitte-
bat. Hinc l. i. C. vnde vir et vxor. dicitur, *Maritus et vxor
ab intestato inuicem sibi in solidum pro antiquo iure succe-
dant, quoties deficit omnis parentum liberorumue seu pro-
pinquorum legitima vel naturalis successio fisco excluso.*

* 2

§. II.



§. II.

Iure recentiori catenus mutata est causa, vt coniugi superstiti certo in casu ex coniugis praedefunctae bonis quaedam competat portio, quae pro numero liberorum vel crescit vel minuitur. Auctorem huius constitutionis scimus Iustinianum, qui *Nov. LIII. cap. 6.* concurrentibus liberis ad successionem defuncti mariti vocat vxorem inopia laborantem; quam legem cum portio successionis non satis esset determinata clariorum effecit *Nou. CXVII. c. 5.* *In praesenti ait melius legem disponentes sancimus, in utroque casu ex talibus matrimonii natos filios legitimos esse et ad paternam vocari hereditatem, vxorem autem ex utroque horum casuum, siquidem usque ad tres habuerit filios, eius vir siue ex ea, siue ex alio matrimonio, quartam partem ex substantia viri accipere. Si autem amplius fuerint filii, tantum in utroque similiter casu accipere iubemus mulierem, quantum vni competit filiorum.*

§. III.

Cum vero ab hac dispositione saepiuscule recedant statuta locorum, et ius commune corrigant, praecipuis ex his, si disceptatio circa modum succedendi obuenit, decisio petenda est. Non insistamus illis, quae ab aliis stilo prolixiori pertractata sunt, et exinde repeti possunt. Potius casum, quae ansam hanc schedulam conscribendi suppeditauit, fingamus. Titius testa.



testamento suo liberos heredes instituit, illis vero, ut matri quotannis certam summam vel alias res, ut vivere possit, praestent, iniungit. Apertis tabulis vidua legatum agnoscit, ad quod soluendum paratissimi sunt liberi. Nullo respectu habito ad legatum, vidua quoque desiderat portionem ex statu competentem, quam tamen liberi opposita exceptione ultimae voluntatis denegant, et omnem obligationem penitus cessare affirmant; an petendi iustitia vincat, vel an liberorum exceptio fundamentum agendi infringat, inquiremus.

§. IV.

Non deficiunt, qui sententiam, quod vidua agnito legato ex testamento relicto, portionem statutariam alias competentem exigere nequeat, summopere defendunt, quorum argumenta, quibus suffulcire volunt decisionem paulo penitus ut examini subiiciamus, necesse est. Potissimum quod ad illustrandam causam allegare solent, in eo consistit, quod maritus intuitu portionis statutariae sit debitor, cui legis necessitate solutio iniungitur, et exinde inferunt, maritum, dum legatum relinquit uxori, id eo animo fecisse, ut compensatione ab heredibus opposita debitum ex statuto competens, compensetur. Quamvis etenim in regula legatum sit actus mere liberalitatis et donationis mortis causa effectum mereatur, donator vero remunerationem donationis frustra desideret, nihilominus tamen distinguendum



dum esse, putant, inter debitum voluntarium et necessarium, et compensationem in posteriori cessare, in priori autem valere, censent. Praesidium ipsis forsitan supeditat. *l. 18. ff. de adim. et transf. leg.* in qua Ictus Modestinus probat, extingui legatum, si rem legatam testator aliis donauerit, nulla habita distinctione, vtrum donatio ex necessitate rei familiaris, vel ex voluntate facta; haec enim distinctio in donantis munificentiam non cadit, addita ratione, cum nemo in necessitatibus liberalis praesumatur. Ultima haec verba, quae rationem cur ita disposuerit Ictus demonstrant, discrimen inter debitum voluntarium et necessarium probare videntur. Quod si enim nemo liberalis praesumatur, cum donatio sit facti, quod probationem desiderat, liquido apparet, maritum, qui sciebat viduae competere portionem statutariam, nihilominus tamen ipsi legatum relinquit, hoc eo fecisse animo, vt accepto legato tollatur portio, et ab eius petitione excludatur vidua. Vidua itaque quae mariti praedefuncti voluntatem dum legatum petebat, agnouit, iuri sibi circa portionem statutariam competenti renunciauit, hinc cum ad semel renunciata ob clarissimos iuris textus non detur regressus, actio quam ad petendam portionem statutariam instituit, penitus est inutilis.

§. V

Confirmare videtur hanc sententiam Vlpianus *l. 22. §. 3. ff. solut. matrim. si pater ait, filia absente de dote*



dote egerit, *etsi omiſſa de rato ſit ſatisdatio, ſiue denegari debet actio, ſiue patri heres extiterit, ſiue in legato tantum accepit, quantum ſatis eſſet dotis, et ita Iulianus pluribus locis ſcribit, compenſandum ei in dotem, quod a patre accepit, lucroque eius cedit, ſi tantum ab eo conſequuta ſit, quantum ei dotis nomine debetur marito, qui patri ſoluit.* In hac lege diſertis verbis ICTus defendit ſententiam, legatum quod quantitatem debiti attingit, id efficere, vt legatarius agnito legato debitum amplius exigere nequeat, ſed heredibus eo nomine conuenientis exceptio compenſationis in continenti liquida, competat. Cum igitur portio ſtatutaria non ex liberalitate teſtatoris, ſed neceſſitate legis dependeat, et ab ipſo dicatur debitum neceſſarium, legis citatae diſpoſitionem ob identitatem rationis et ad illum caſum trahi poſſe, non immerito argumentari poteſt. Sed dubito, an ex ea lege generalis quaedam decifio deſumi poſſit, diſſerit enim de ſingulari caſu circa dotem obueniēte, nec principium vniuerſale a legatis ad omne debitum, quod de iure a debitore exigi poterat, conſtituit; ſingularis vero diſpoſitio regulam generalem neutiquam efficit, cum id, quod contra iuris rationem eſt introductum *l. 14. ff. de legib.* ad conſequentias non ſit producendum.

§. VI.

Aliud argumentum ſuppeditabit forſan auth. Praeterea C. *Vnde vir et uxor* in qua Imperator probat, in
por-



portionem vxori competentem legatum relictum esse computandum, *Liberis vero ait, non extantibus vel si millos habuerit, potietur etiam domino et imputabitur legatum in eam portionem.* Quae authentica, quamuis Nouellae CXVII. c. 5. vnde desumpta optimo iure conueniat, nondum tamen rem absolutam efficere videtur. Agit enim de successione ex iure communi vxori competente, a qua ad successione ex stateto determinatam non valet applicatio, cum haec ab illa differat, et regulae in successione communi obuientes, per statutum, quod nouum successione modum praefigit penitus tollantur. Insuper nec probat Nouella, quod erat probandum. Non enim legatum aufert successione, et vxorem excludit, sed tantum iubet, vt legatum in portionem competentem, computetur.

§. VII.

Consentire etiam videtur *l. 3. §. 15. ff. de bon. liberto.* vbi Vlpianus patrono, cui debita portio legata et si scriptus heres factus non fuerit, satisfactum esse contendit. Ex quo nonnulli probare malunt compensationem in debito necessario obtinere locum, quia quarta quae tanquam aes alienum Patrono debetur, in legatum vel fideicommissum computari potest. Sed dubito, vtrum haec legis dispositio causam defendat, lex enim agit de casu, quando liberto quartam quam ex hereditate petere poterat Patronus



tronus eidem expresse legati nomine reliquerit, v. g. si dicat, quartam quae Patrono ex meis debetur bonis, ipsi lego, quod indicant verba legis: *si debita portio*, quo facto quia liquido apparet testatoris voluntatem fuisse eam, ut per legatum absorbeatur debitum, patronus plus petere non potest, sed idem est ac si debitor creditori id quod ipsi debet, legat. Ex quo apparet non omne legatum creditori relictum cum a iure petendi debitum detinere, sed id tantum eatenus valere, si testator expresse disposuerit, et creditor accipiendo legatum ultimam voluntatem agnouerit.

§. VIII.

Pondus quoque rei addere videtur, quod heres non exiguum sentiret praeiudicium, si viduae legatum in simulque portionem statutariam exsoluere teneatur, quod vero regulis iuris repugnat, cum testator non onerare voluisse heredem praesumatur. *l. 67. §. 8. ff. de leg. 2.* Exinde fit, ut legatum rei alienae relictum in regula non fringat heredem, nec obligationem suppeditet legatario, nisi probauerit testatorem rei alienae scientiam habuisse §. *I. de legat.* Consentit his argumentis quae in praesentiarum attulimus Carpz. P. III. C. ELXX. def. 29. in simulque addit responsum secundum, quod vidua quae petebat legatum ultima voluntate relictum, a portione statutaria exclusa fuit, ex ratione, quae ancipitem adhuc efficit decisionem, *neil dazür*

**

ge-



gehalten wird, dass der Mann an statt der statutarischen Portion gleich einem debitori necessario in seinem Testamente der Wittwen ein gewisses vermachen, und also compensiren wollen.

§. IX.

His praemissis nostram hac de re sententiam dicere liceat. Affirmamus nempe viduam adhuc ad portionem statuatariam prouocare posse, quamuis legatum testamento relictum agnouerit, quod ex sequentibus apparebit. Portio nempe statuararia instar est legitimae quae liberis parentibus et fratribus ab hereditate debetur. Nihil enim interest, vtrum certa pars hereditatis, ex iure communi, vel statuario debetur, sufficit in vtroque casu esse debitum necessarium, quod dispositioni testatoris non subiacet, sed generaliori nomine legitima appellatur. Legatum ex aduerso est species liberalitatis quae dependet ex sola testatoris voluntate, cum nemo vt liberalis sit, cogi possit, et ex diuerso fonte oritur. Quae autem ex diuerso fonte proueniunt, non debent vnum cum alio computari, nec vnum alterum tollere. Eam ob causam in quartam Falcidiam computantur tantum res, quas heres iudicio testatoris titulo vniuersali accepit, non vero ille quas iure legati, fideicommissi, vel implendae conditionis causa, et sic diuerso titulo et iure habet. Ait enim Gaius l. 74. ff. ad leg. Falcid. *Quod autem dicitur*

si



si ex iudicio defuncti quartam habeat heres solida praestanda esse legata, ita accipere debemus, si hereditario iure habeat, itaque quod quis legatorum nomine a coherede accipit in quadrantem ei non computatur, quod et confirmat Marrianus l. 91. qui res quas iure legati fideicommissi vel implendae conditionis causa heres consequitur, ab imputatione in quartam Falcidiam eximit.

§. X.

Nec deficit argumentum a creditore defunctum. Constat nempe, creditorem cui debitor legatum relinquit praeter illud et debitum exigere posse, nec vnum absorbere alterum, cum animus compensandi in legato, quod meram liberalitatem testatoris inuoluit, non praesumitur, nisi hoc expresse voluerit testator. Testatur hoc l. 85. ff. de legat. 2. Creditorem inquit Ictus cui res pignoris iure a debitore legata esset, non prohiberi pecuniam creditam petere, si voluntas testatoris compensare volentis euidenter non ostenderetur. Hanc ob rationem secundum legem vnicam §. 3. C. de rei vxor. action. sciendum est Edictum Praetoris, quod de alterutro introductum est, in exstipulata actione cessare; ita vt vxor a marito relicta recipiat, et dotem consequatur, nisi specialiter pro dote ei maritus ea reliquit, cum manifestissimum sit, testatorem qui non

** 2

hoc



hoc addiderit, voluisse eam, vtrumque consequi. Confirmat hanc sententiam sua auctoritate Carpzov. *P. III. C. El. XIII. def. 29.* qui discrete negat, mutuum quod debebat testator Titiae, si eidem tantam summam testamento reliquerit, esse extinctum, sed vtrumque, debitum nempe et legatum Titiam petere posse, adfirmat, addita ratione, quod compensatio in dubio non praesumatur. Et quamvis in posterioribus verbis demonstrat hanc sententiam sub restrictione nisi sit debitum necessarium, quod ex legis vel statuti dispositione provenit, esse accipiendam, hoc tamen parum efficit, cum partim haec distinctio quae nonnullis inter debitum voluntarium, et necessarium placet legibus penitus sit incognita, partim adaequata ratio differentiae ex iuris principiis et regulis interpretandi dari non possit.

§. XI.

Consideres itaque viduam vel tanquam heredem statutariam, vel tanquam creditricem, in utroque casu, causa nostra non sentit iacturam, si priorem foues sententiam, illud quod competit cuilibet heredi ipsi non est denegandum, cum successio statutaria notionem heredis minime mutet. Quod si itaque coheres id quod legati nomine ipsi relinquere voluit testator, habeat



beat praecipuum, nec cogi possit, vt conferat, vel imputationem portionis ex hereditate competentis, patiat, cur respectu viduae aliud statuamus, nulla datur ratio, vti enim testamentum ad successionem defuncti vocat heredes, eodem modo quoque statutum viduam ad mariti hereditatem, admittit. Hinc dicit Imperator. *l. 6. C. fam. ercisc.* Si qua fideicommissorum petitio inter coheredes consistat Praetor vel praeses prouinciae eius rei disceptator constitutus, vel iudex familiae erciscundae iudicio aditus, vt voluntas testatoris seruetur, suas partes accommodare debet. Quam legem Accursius ita interpretatur, vt si testatrix pluribus heredibus relictis vni partem fundi praelegauerit, ille ad rem praelegatam portionem habeat, et non veniat in diuisionem cum aliis coheredibus. Ast si posterior tibi placet sententia, ex praemissis iam decisa est causa, creditorem nempe qui legatum agnoscit, ab exigendo debito, cum nunquam praesumatur animus compensandi, non esse excludendum, huius rei pondus addit. *l. 6. C. de heredit. action. si adulta, cuius curam geris pro triente patruo suo quem etiam tutelam eius administrasse proponis, heres extitit nec eo quicquam exigere prohibita est, debitum a coheredibus eius petere non prohibetur cum ultra eam portionem, qua successit, petitio non confundatur.*



§. XII.

Nec incongruum erit argumentum, quo ab expressa voluntate ad tacitam concludimus, cum taciti eadem in iure sit vis ac expressi, nisi lege aliud dispositum, et conventiones hominum *l. 3. ff. de pactis* quoque tacite valeant. Quod si itaque expressa testatoris dispositio, ne vidua petendo legatum amittat portionem statutariam, id efficit, ut utrumque petere possit, idem ut obtineat fas est, si testator simpliciter legavit, nec mentionem portionis statutariae fecit, praesertim cum naturae legatorum hoc conveniat, et leges contrarium non defendant.



Leipzig, Diss., 1771 Lz







E 30. num. 22.

EXERCITATIO IVRIDICA
QVAESTIONEM CONTINENS

1771, 59

*Vtrum vidua, quae legatum
testamento relictum petit portionem
statutariam amittat.*

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

17

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

P. 407.

COD. P. P. ECCLES. CATHEDR. MARTISB. CAPITVL. CVRIAE
IN PROVINCIA SVPREMAE IVDIC. LVSAT. INFERIOR.
NEC NON FACVLT. IVRID. ASSESS. ET
ACADEM. DECEMV.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XXII. MART. MDCCLXXI.

P V B L I C E D E F E N D E T

IOHANNES AVGVSTVS LOTS

ZWICKAV.

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .

